Max Planck Research Group
Epistemes of Modern Acoustics

Sound & Science: Digital Histories

Huygens, Christiaan. “Novus Cyclus Harmonicus.“ in Opera Varia, Vol. 2, ed. by Janssonios Vander, 747-754. Leipzig: Teubner, 1857.

https://acoustics.mpiwg-berlin.mpg.de/node/381

Scan licensed under: CC BY-SA 3.0 DE | Max Planck Institute for the History of Science

MAX PLANCK INSTITUTE
FOR THE HISTORY OF SCIENCE

CHRISTIANI HUGENII
A ZULICHEM,

Dum viveret Zelhemi Toparchæ,

OPERA VARIA.

VOLUMEN SECUNDUM.



LUGDUNI BATAVORUM,
Apud JANSSONIOS VANDER AA,
Bibliopolas. MDCCXXIV.

J. v. Vegri
1809
2 Vol.

CHRISTIANI HUGENII

OPERA GEOMETRICA.

Tomus Secundus.

CHRISTIANI HUGENII

NOVUS CYCLUS

HARMONICUS.

CHRISTIANI HUGENII
NOVUS CYCLUS
HARMONICUS.

Litteræ D. Hugenii de Cyclo Harmonico.

NOvam tibi mitto de Muſica obſervationem. Spectat hæc prima Scientiæ illius fundamenta, id eſt, tonorum, qui in cantu & Inſtrumentorum fabrica obſervantur, determinationem. Quicunque licet parum verſati ſint in parte illa Theoriæ, norunt, quid ſit, quod vocatur Temperamentum, quod tonos illos moderatur & quam neceſſarium illud ſit in harmonia tuborum Organi vel chordarum Clavecymbali.

Celebriores auctores, uti Zarlinus & Salinas, illud referunt inter inventa pulcherrima & utiliſſima, quæ in muſicis detegi poſſunt; & uterque contendit ſe primum Temperamentum hoc ad examen revocaſſe, & demonſtrationibus Mathematicis conſtituiſſe. Ante illos experientia & neceſſitas illud quidem aliquo modo jam introduxerant, licet vera menſura & methodus nondum eſſet cognitæ. Inventio hujus Temperamenti in cauſa fuit, ut merito negligerentur omnes veterum Tetrachordarum & Diapaſonorum diviſiones quarum pleræquæ abſurdæ & uſus nullius erant in compoſitione plurimarum partium: hac etiam inventione noſtrum ſyſtema tonorum magis abundat conſonantiis, magiſque eſt juxta naturam cantus, quam illorum erat.

Pono notas esse proportiones, in quibus consistunt perfectæ consonantiæ, scilicet: Quintam audiri, quando, post sonum editum ex motu chordæ integræ, duæ tertiæ partes ipsius agitantur: vel proportionem, a qua consonantia hæc pendet, esse ut 3 ad 2; Quartæ proportionem esse ut 4 ad 3; Tertiæ majoris ut 5 ad 4; Tertiæ minoris ut 6 ad 5; Sextæ majoris ut 5 ad 3; Sextæ minoris ut 8 ad 5. Et quantum ad Temperamentum, iidem autores, quos modo memoravi, nos docent, ut hoc applicetur instrumentis, consonantiam Quintam minuendam esse quarta parte *Commatis* ut vocant, quæ adeo exigua est diminutio, ut auris hanc difficulter percipiat, & nullam inde capiat molestiam; cum *Comma* integrum sit ratio inter tonum integræ chordæ, & hujus tonum quando parte $\frac{1}{81}$ minuitur. Sequitur inde, Quartam auctam esse hac ipsâ exigua quantitate. Tertia minor pariter, est diminuta $\frac{4}{4}$ Commatis, & consequenter Sexta major in tantum aucta; sed Tertia major perfectionem servat, ut & ideo etiam Sexta minor.

Juxta has consonantiarum mensuras, disponuntur omnes instrumentorum toni, tam Diatonici quam Chromatici, quos addidere Musici, & pariter toni Enarmonici, quando & hi ut magis completa sit symphonia adjiciuntur.

Observatio autem nostra hæc est, si dividatur Octava in 31 partes æquales, quod fiet quærendo 30 medias proportionales inter totam chordam (quæ sumitur pro regula Harmonicâ) & ejus dimidium, dabitur in tonis, quos producunt longitudines hæ, Systema parum admodum ab isto quod modo memoravi ex Temperamento deductum, ita ut nemo auri quantumvis subtili præditus differentiam percipiet; quod tamen novum Systema toto cælo ab alio differet, novasque afferet utilitates tum in Theoriam cum in Praxin.

Salinas inventum hoc dividendi octavam in 31 partes æquales memorat sed ut hoc culpet, & P. Mersennus pariter post ipsum hanc rejicit divisionem, unde mihi facile fides habenda erit, me nihil ex illis autoribus mutuatum esse; sed si & hoc feciſſem, satis a me præstitum crederem, si præstantiam

tiam ejus diviſionis ex Geometriæ principiis demonſtraverim, & illam vindicaverim adverſus injuſtum duorum illorum celebrium Scriptorum pronunciatum.

In lib. 3. Muſices Salinæ integrum exſtat caput de hac diviſione, cujus inſcriptio eſt, *De prava conſtitutione cujuſdam inſtrumenti, quod in Italia citra quadraginta annos fabricari cæptum eſt, in quo reperitur omnis tonus in partes quinque diviſus;* Dicit inſtrumentum hoc nominis Archicymbali donatum fuiſſe, illudque fuiſſe *incerti autoris*; Muſicos quoſdam admodum idoneos id magni feciſſe, præcipue quia continebat omnia intervalla, omnesque conſonantias (ut credebant, ait) adſcendendo, & deſcendendo & quia poſt certam periodum rediebatur ad eundem ſonum vel æquipollentem, cum eo a quo initium factum erat; Quia Octava diviſa erat in 31 partes æquales, quas vocabant Dieſas (ſeu tonos perfectos) quarum tonus debebat continere 5; magnus ſemitonus 3; parvus 2; Tertia major 10; Tertia minor 8; Quarta 13; Quinta 18; Sexta minor 21; Sexta major 23. Sed addit, cum tentaſſent tale diſponere inſtrumentum hoc ſonum dediſſe admodum ingratum, & qui inſigniter aures præſentium offendebat, unde concludit, talem diviſionem deviare ab omni ratione harmonica, ſive examinetur ſecundum menſuram juſtarum conſonantiarum ſive Temperamenti. Præter experientiam & aliud affert argumentum deductum ex Methodo in hac diviſione adhibita. P. Merſennus etiam contendit ſe bene illam refutaviſſe. Erravit uterque, quia illos latebat Methodus dividendi Octavam in 31 partes æquales, quod probabiliter & ipſi inventores non potuere; requiritur enim cognitio Logarithmorum, qui nondum illorum nequidem Salinæ tempore erant inventi. Tandem novum hoc Temperamentum, quod adeo repudiant, omnium præſtantiſſimum merito dicitur, omnia habens commoda quæ ipſi tribuebantur; præcipuæ ſimplicitatem quam communicat Theoriæ tonorum, & parum admodum differt ab eo, quo utuntur omnes, ut auris differentiam non percipiat uti computatione probabo.

Dico ergo primum, Quintam noſtræ diviſionis non ſuperare Quintas Temperamenti quam $\frac{1}{110}$ Commatis, quæ differentia, auditu nullo modo percipi poteſt; ſed quæ alioquin daret iſtam conſonantiam tanto magis perfectam.

Quartæ conſequenter Temperamenti ordinarii non excedunt noſtras niſi illâ $\frac{1}{110}$ commatis, & hæ tendunt etiam tanto magis ad perfectionem.

Tertiæ minores ſunt minores $\frac{3}{110}$ vel circiter $\frac{1}{37}$ Commatis quàm in temperamento, & Sextæ majores in tantum excedunt Sextas majores Temperamenti; utræque fateor recedunt à perfecta proportione; ſed videmus differentiam $\frac{1}{37}$ Commatis non eſſe ſenſibilem, nec augere ſenſibiliter $\frac{1}{4}$ Commatis, qua conſonantiæ in Temperamento aberrant à veris.

Tandem Tertiæ majores ſuperant Tertias Temperamenti, quæ ſunt perfectæ, $\frac{4}{110}$ vel quaſi $\frac{1}{28}$ Commatis, quæ adeo exigua eſt differentia, ut niſi pro perfectis, non obſtante hoc augmento haberi queant; quid enim facit $\frac{1}{28}$ Commatis, cum $\frac{1}{4}$ adeo facile patiamur.

Deducimus ex exiguis omnibus hiſce differentiis, Organum aut Clavecymbalum conſtitutum juxta Temperamentum ordinarium, etiam diſpoſitum eſſe juxta novam diviſionem, quantum aure poterit diſcerni. Si vero quis ſibi hac in parte magis deſiderat ſatisfacere, & exactiſſime conſtituere inſtrumentum juxta 31 partes æquales Octavæ, tantum dividenda eſt monochorda juxta numeros, qui habentur in ſequenti Tabula, &, poſitâ totâ chordâ, æquiſonâ cum C Clavecymbali aut Organi, diſponere pariter alias chordas vel tubos, cum ſonis, ex memorata diviſione oriundis & qui audiuntur poſito pectine in locis notatis. Quod vero ad Archicymbalum de quo Salinas loquitur, ſpectat, dubito, an non habuerit 31 palmulas in quavis octava; ſed quoniam non poterit ſine confuſione talis abacus adhiberi præ multitudine palmularum, præſtaret meâ ſententiâ diſponere 31 chordas ſimplices pro quavis octavâ, quod poteſt fieri ſine difficultate; & conſtructis palmulis, quæ elevant ſubſilia, omnibus æqualis longitudinis, altitudinis, & latitu-

titudinis, quæ latitudo ſit ⅓ palmulæ vulgaris, deinde ſuperimponendus erit abacus mobilis, cum claviculis in inferiori parte ſingularum palmularum fixis; ſemel ita diſpoſiti hi ut chordæ, quæ in quavis octava adhibentur, ſonent, omnibus tranſpoſitionibus inſervient. Quæ ergo fient ſine labore per tonos, ſemitonos, & uſque ad quintas partes tonorum; & certum eſt, omnes tonos & conſonantias in ſingulis tranſpoſitionibus æque accuratas eſſe, quod utile & amœnum erit. Olim Pariſiis conſtrui curavi, tales abacos mobiles ſuperimponendos abacis vulgaribus Clavecymbalorum tranſpoſitionibus plurimis, licet non omnibus completis, inſervientes; quod inventum approbarunt & imitati ſunt periti in muſicis varii.

Sed ut quis certus ſit de veritate illorum, quæ ſuperius dixi, inſpiciat Tabulam ſequentem cujus contenta ut & uſum explicabo.

Divisio Octavæ in partes 31. æquales.				*Divisio Octavæ secundum Temperamentum vulgare.*	
I.	II.	III.	IV.	V.	VI.
N 97106450					
4,6989700043	50000	Ut^{2}	C^{2}	50000	4,6989700043
4,7086806493	51131				
4,7183912943	52278				
4,7281019393	53469	Si	B^{x}	53499	4,7283474859
4,7378125843	54678				
4,7475232293	55914	Sa	B	55902	4,7474250108
4,7572338743	57179	*	*	57243	4,7577249674
4,7669445193	58471				
4,7766551643	59794	La	A	59814	4,7768024924
4,7863658093	61146				
4,7960764543	62528	*	*	62500	4,7958800173
4,8057870993	63942	Sol^{x}	G^{x}	64000	4,8061799740
4,8154977443	65388				
4,8252083893	66866	Sol	G	66874	4,8252574989
4,8349190343	68378				
4,8446296793	69924				
4,8543403243	71506	Fa^{x}	F^{x}	71554	4,8546349804
4,8640509693	73122				
4,8737616143	74776	Fa	F	74767	4,8737125054
4,8834722593	76467				
4,8931829043	78196				
4,9028935493	79964	Mi	E	80000	4,9030899870
4,9126041943	81772				
4,9223148393	83621	Ma	E^{b}	83592	4,9221675119
4,9320254843	85512	*	*	85599	4,9324674685
4,9417361293	87445				
4,9514467743	89422	Re	D	89443	4,9515449935
4,9611574193	91444				
4,9708680643	93512	*	*	93459	4,9706225184
4,9805787093	95627	Ut^{x}	C^{x}	95702	4,9809224750
4,9902893543	97789				
4,9999999993	100000	Ut	C	100000	5,0000000000

Tabulæ Explicatio.

Secunda columna continet numeros qui exprimunt longitudines Chordarum; quibus habentur 31 intervalla æqualia ſecundum novam diviſionem; Chorda tota continet partes 100000 & 50000 ejus dimidium dant Octavam.

A latere in 3ª. columna ſunt ſyllabæ, quæ nobis in cantu inſerviunt, & * pro quibuſdam chordis enarmonicis, quarum prope ſol^{x} eſt maxime neceſſaria.

In 4ª. columna ſunt litteræ quæ ordinario inſerviunt ad deſignandos tonos.

Numeri 2æ. columnæ ope numerorum col. 1æ. detecti fuere, hi ſunt illorum logarithmi reſpectivi; ad quos habendos diviſi logarithmum numeri 2. qui eſt 0, 30102999566 per 31. unde venit numerus N. 97106450, quem addidi continuo Logarithmo num. 50000, qui eſt 4. 6989700043. & hiſce additionibus detegimus omnes Logarithmos hujus columnæ uſque ad maximum 4, 9999999993, qui parum deficiens a 5, 0000000000, (in cujus locum ſubſtitui poteſt) demonſtrat bene ſubductum calculum. Qui Logarithmos intelligunt norunt ita ineundam computationem, ſi quærantur 30 numeri proportionales inter 100000 & 50000.

5ª. columna continet in numeris longitudines chordarum juxta Temperamentum ordinarium, & in 6ª. columna ſunt eorum numerorum Logarithmi.

Poſſem explicare quomodo eos ſupputaverim, & pariter, quomodo id Temperamentum poſſet detegi, ſi nondum eſſet repertum; ſed id foret nimis longum, & ſufficiet, demonſtrare methodum examinandi, & numerorum ἀκριβειαν, & omnia quæ dixi de nova diviſione & de ratione quam habet cum Temperamento.

Ponamus, determinandum eſſe, an Quinta *Ut, Sol*, temperamenti vulgaris, minor ſit $\frac{1}{4}$ Commatis, quam vera Quinta, cujus ratio eſt trium ad duo. A log. *Ut*, qui eſt 5, 0000000000 ſubſtraho log. *Sol* qui eſt 4, 8252574989, id, quod reſtat

0, 1747425011, exhibet quantitatem Quintæ Temperamenti.

Pariter differentia Logarithmorum 3 & 2 quæ in tabulis Logarithmorum habetur 1760912594, exhibet quantitatem Quintæ perfectæ; hinc ſubſtraho Quintam Temperamenti inventi & reſtat 13487583; id quod debet dare Log. $\frac{1}{4}$ Commatis; & hoc verum eſt; nam log. Commatis toni id eſt differentia logar. 81 & 80 eſt 53950319, cujus Quarta pars eſt 13487580. Si velimus examinare an Quævis Quinta novæ diviſionis ut *Re*, *La*, differat a vera $\frac{1}{4}$ minus $\frac{1}{110}$ Commatis; debemus a Log. *Re*, qui eſt 4,9514467743, ſubſtrahere Log. *La*, qui eſt 4,7766551643, reſtat 1747916100, quem ſubtraho a Logarithmo veræ Quintæ qui erat 1760912594, reſtat 12996494, qui minor eſt Log. Quartæ partis Commatis, ſcilicet 13487580; a quo igitur eum ſubtraho & reſtat 491086: Debemus nunc videre, quam partem Commatis hoc faciat; idcirco divido Log. Commatis, ſcilicet 53950319 per 491086, quotiens eſt fere $\frac{1}{110}$. Ita ut pateat, noſtram Quintam non ſuperari $\frac{1}{4}$ Commatis a Quinta perfecta, ſed $\frac{1}{110}$ Commatis deeſſe. Eodem modo poteſt examinari quidquid ſpectat Temperamentum; nihil enim in computationibus Muſicis inſtituendis Logarithmorum uſui anteponendum.

FINIS.



INDEX RERUM

Quatuor Tomis contentarum.

TOMUS PRIMUS

OPERA MECHANICA.

HOROLOGIUM. pag. 1. *Hagæ-Com. ann.* 1658. *in quarto.*

HOROLOGIUM OSCILLATORIUM, sive de Motu Pendulorum ad Horologia aptato Demonstrationes Geometricæ. p. 15. *Parisiis* 1673. *in fol.*

Descriptio Horologii. 33.

Tabula Æquationis Dierum. 44.

De Descensu Gravium. 52.

De Descensu super plano inclinato. 62.

Dato in Cycloide puncto, rectam per illud ducere quæ Cycloidem tangat. 69.

De Motu in Cycloide. 72.

In Cycloide cujus axis ad perpendiculum erectus est, vertice deorsum spectante, tempora descensus quibus mobile, à quocunque in ea puncto dimissum, ad punctum imum verticis pervenit, sunt inter se æqualia; habentque ad tempus casus perpendicularis per totum axem cycloidis eam rationem, quam semicircumferentia circuli ad diametrum. 87.

De Linearum curvarum evolutione & dimensione. 89.

Semicycloidis evolutione, à vertice cœpta, alia semicyclois describitur evolutæ æqualis & similis, cujus basis est in ea recta quæ cycloidem evolutam in vertice contingit. 96.

Cyclois linea sui axis, sive diametri circuli genitoris, quadrupla est. 97.

Cujus lineæ evolutione parabola describatur ostendere. 99.

Rectam lineam invenire æqualem datæ portioni curvæ paraboloidis, ejus nempe in qua quadrata ordinatim applicatarum ad axem, sunt inter se sicut cubi abscissarum ad verticem. 100.

Conoidis parabolici superficiei curvæ circulum æqualem invenire. 102.

Sphæroidis oblongi superficiei circulum æqualem invenire. 103.

Sphæroidis lati sive compressi superficiei circulum æqualem invenire. Ibid.

Conoidis hyperbolici superficiei curvæ circulum æqualem invenire. 104.

Curvæ parabolicæ æqualem rectam lineam invenire. 105.

Lineas curvas exhibere quarum evolutione ellipses & hyperbolæ describantur, rectasque invenire iisdem curvis æquales. 107.

Datâ lineâ curvâ, invenire aliam cujus evo-

evolutione illa describatur; & ostendere quod ex unaquaque curva geometrica, alia curva itidem geometrica existat, cui recta linea æqualis dari possit. 108.

De Centro Oscillationis, seu Agitationis. 107.

Ponderibus quotlibet ad eandem partem plani existentibus, si à singulorum centris gravitatis agantur in planum illud perpendiculares; hæ singulæ in sua pondera ductæ, tantundem simul efficient, ac perpendicularis, à centro gravitatis ponderum omnium in planum idem cadens, ducta in pondera omnia. 123.

Dato pendulo ex ponderibus quotlibet composito, si singula ducantur in quadrata distantiarum suarum ab axe oscillationis, & summa productorum dividatur per id quod fit ducendo ponderum summam, in distantiam centri gravitatis communis omnium ab eodem axe oscillationis; orietur longitudo penduli simplicis composito isochroni, sive distantia inter axem & centrum oscillationis ipsius penduli compositi 128.

Dato pendulo ex quotcunque ponderibus æqualibus composito; si summa quadratorum factorum à distantiis, quibus unumquodque pondus abest ab axe oscillationis, applicetur ad distantiam centri gravitatis communis ab eodem oscillationis axe, multiplicem secundum ipsorum ponderum numerum, orietur longitudo penduli simplicis composito isochroni. 131.

Datâ figurâ planâ & in eodem plano lineâ rectâ, quæ vel secet figuram vel non, ad quam perpendiculares cadant à particulis singulis minimis & æqualibus, in quas figura divisa intelligitur; invenire summam quadratorum ab omnibus istis perpendicularibus; sive planum, cujus multiplex, secundum particularum numerum, dictæ quadratorum summæ æquale sit. 135.

Datis in plano punctis quotlibet; si ex centro gravitatis eorum circulus quilibet describatur; ducantur autem ab omnibus datis punctis, ad punctum aliquod in circuli illius circumferentia lineæ rectæ; erit summa quadratorum ab omnibus semper eidem plano æqualis. 138.

Si figura plana, vel linea in plano existens, aliter atque aliter suspendatur à punctis, quæ, in eodem plano accepta, æqualiter à centro gravitatis suæ distent; agitata motu in latus, sibi ipsi isochrona est. 140.

Datâ figurâ solidâ, & lineâ rectâ interminatâ, quæ vel extra figuram cadat, vel per eam transeat; divisâque figurâ cogitatu in particulas minimas æquales, à quibus omnibus ad datam rectam perpendiculares ductæ intelligantur; invenire summam omnium quæ ab ipsis fiunt quadratorum, sive planum, cujus multiplex secundum particularum numerum, dictæ quadratorum summæ æquale sit. 142.

Figura quævis, sive linea fuerit, sive superficies, sive solidum; si aliter atque aliter suspendatur, agiteturque super axibus inter se parallelis, quique à centro gravitatis figuræ æqualiter distent, sibi ipsi isochrona est. 148.

Dato plano, cujus multiplex per numerum particularum, in quas suspensa figura divisa intelligitur, æquetur qua-

quadratis omnium distantiarum ab axe oscillationis; si illud applicetur ad rectam, æqualem distantiæ inter axem oscillationis & centrum gravitatis suspensæ magnitudinis, orietur longitudo penduli simplicis ipsi isochroni. 149.

Si spatium planum, cujus multiplex secundum numerum particularum suspensæ magnitudinis, æquetur quadratis distantiarum ab axe gravitatis, axi oscillationis parallelo; id, inquam, spatium si applicetur ad rectam, æqualem distantiæ inter utrumque dictorum axium, orietur recta æqualis intervallo, quo centrum oscillationis inferius est centro gravitatis ejusdem magnitudinis. 150.

Si magnitudo eadem, nunc brevius nunc longius suspensa, agitetur; erunt, sicut distantiæ axium oscillationis à centro gravitatis inter se, ita contraria ratione distantiæ centrorum oscillationis ab eodem gravitatis centro. 153.

Centrum oscillationis & punctum suspensionis inter se convertuntur. 154.

Quomodo in figuris planis centra oscillationis inveniantur. 154.

Centrum oscillationis Circuli. 157. *Rectanguli.* Ibid. *Trianguli isoscelis.* 158. *Parabolæ.* Ibid. *Sectoris circuli.* Ibid. *Circuli, aliter quam supra.* 160. *Peripheriæ circuli.* Ibid. *Polygonorum ordinatorum.* 161.

Quomodo, in solidis figuris, oscillationis centra inveniantur. 165.

Centrum oscillationis in Pyramide. 166. *Coni.* 167. *Sphæræ.* Ibid. *Cylindri.* 168. *Conoidis Parabolici.* Ibid. *Conoidis Hyperbolici.* 169. *dimidii Coni.* Ibid.

Horologiorum motum temperare addito pondere exiguo secundario, quod super virga penduli, certa ratione divisa, sursum deorsumque moveri possit. 172.

Centri oscillationis rationem haberi non posse, in pendulis inter Cycloides suspensis; & quomodo hinc orta difficultas tollatur. 177.

De mensuræ universalis, & perpetuæ, constituendæ ratione. 178.

Spatium definire, quod gravia, perpendiculariter cadentia, dato tempore percurrunt. 182.

Secundi Horologii Constructio è circulari pendulorum motu deducta 185.

De Vi Centrifuga ex motu circulari, Theoremata. 188.

Brevis Institutio de Usu Horologiorum ad Inveniendas longitudines. 193. *Hagæ-Com.* Belgice edita.

Reducere horologia ad rectam dierum mensuram vel cognoscere quanto citius vel tardius spatio 24 horarum moveantur. 196.

Tabula Æquationis Dierum. 198.

Ope Horologiorum mari invenire longitudinem loci in quo versaris. 202.

Mari invenire horam diei. 204.

Quomodo ex observatione ortus & occasus Solis & ex hora horologiorum longitudo mari inveniri queat. 205.

Excerpta ex literis de successu horologiorum datis Londini $\frac{13}{23}$ Januarii 1665. 211.

Experimentum circa pendula. 213. *Journal des Sçavans* 23. Fevr. 1665.

De Hugeniana Centri oscillationis Determinatione controversia. 215.

Observationes Abbatis Catalani in propositionem, quæ fundamentum

est 4æ. partis tractatus de Pendulis, Hugenii 217. *Journal des Sçavans* 1682. in initio.

Domini Abbatis Catalani Examen Mathematicum Centri Oscillationis. 219. *ibid.*

Excerpta ex literis Domini Hugenii, quibus respondet observationi Abbatis Catelani in 4am. propositionem Tractatus de Centris oscillationis. 222. *ibid.* 29. Junii 1682.

Exceptio Abbatis Catalani ad responsionem Hugenii. 225. *ibid.* 20. Julii 1682.

Objectio Abbatis Catalani contra motum Pendulorum in Cycloidibus. 227. *ibid.* 7. Sept. 1682.

Responsio ad objectiones Hugenii adversus methodum Abbatis Catalani de determinando Centro Oscillationis 228. *ibid.* 14. Sept. 1682.

Excerpta ex litteris D. Bernoullii datis Basileæ ad Autorem Diarii Parisiensis, de Controversia, inter Abbatem Catalanum & Hugenium, de Centro oscillationis. 230. *ibid.* 24. April. 1684.

Excerpta ex literis Dni. Hugenii ad Auctores Diarii Parisiensis, datis Hagæ 8. Junii 1684. quæ continent ejus responsionem ad exceptionem Dni. Abbatis Catalani, de centro Oscillationis. 232. *ibid.* 3. Julii 1684.

Responsio Dni. Abbatis Catalani ad Literas Dni. Bernoulli de Controversia sua cum Dno. Hugenio de centro Oscillationis. 235. *ibid.* 11. Sept. 1684.

Dni. Bernoulli narratio controversiæ inter Dnos. Hugenium & Abbatem Catalanum agitatæ de centro Oscillationis, quæ loco Animadversionis esse poterit in Responsionem Dni. Catalani. 237. *Acta eruditorum Lips.* mensis Julii. 1686.

Litteræ Dni. Marchionis de l' Hôpital ad Dum. Hugenium, in quibus contendit, se regulam hujus Auctoris de Centro Oscillationis penduli compositi demonstrare per causam Physicam, & respondere simul Dno. Bernoulli. 242. *Histoire des ouvrages des Sçavans.* mensis Junii. 1690.

Observationes Dni. Hugenii in literas præcedentes & in relationem Dni. Bernoulli, cujus in iis fit mentio. 246. *ibid.*

MACHINÆ QUÆDAM ET VARIA CIRCA MECHANICAM. 249.

Excerpta ex Litteris Domini Hugenii, novam quandam Inventionem Horologiorum exactissimorum ac portatilium concernentibus. 253. *Journal des Sçavans.* 25. Febr. 1675.

Nova Libella, Telescopio instructa, propriam secum ferens probationem & quæ in unica statione verificatur, & rectificatur. 254. *ibid.* 9. Jan. 1680.

Rectificationis Libellæ Demonstratio. 258. *ibid.* 26. Feb. 1680.

Astroscopia Compendiaria, Tubi Optici molimine liberata. 261. *Hagæ. Com.* 1684. *in quarto.*

Auctarium. 273. *ibid.*

Excerpta ex literis Dni. Hugenii de novâ methodo construendi Barometrum. 276. *Journal des Sçavans* 12. Dec. 1672.

Nova vis movens mediante pulvere ni-

nitrato & aëre. 280. *Divers ouvrages de Mathmatique & de Phiſique de Mrs. de l' Academie Rojale des ſciences.* p. 320.

Demonſtratio Æquilibrii Bilancis. 282. *ibid.* p. 113.

Si ſuper planum Horizontale quod imponitur lineæ rectæ, quæ id dividit in duas partes, applicetur pondus, vis, quam illud pondus habebit ad deflectendum planum partem verſus ad quam applicatur erit major, quam ſi poſitum ſit prope dictam lineam. 283.

Si planum Horizontale; oneratum plurimis ponderibus, maneat in æquilibrio, impoſitum lineæ rectæ, quæ id ſecat in duas partes, centrum gravitatis plani ſic onerati erit in ipſa lineâ rectâ. 284.

Duo gravia commenſurabilia appenſa ad extremitates brachiorum Libræ erunt in æquilibrio, ſi brachia ſint in ratione reciproca gravium. 284.

De potentiis fila funeſve trahentibus. 287. *ibid.* p. 317.

Datis poſitione quotlibet punctis; ſive in eodem plano fuerint, ſive non: ſi à puncto quod eorum commune eſt gravitatis centrum, ad unumquodque datorum fila extendantur, eaque ſingula trahantur à potentiis quæ ſint inter ſe ut filorum longitudines, fiet æquilibrium manente nodo communi in dicto gravitatis centro. 288.

Solutio problematis a G G. Leibnitio propoſiti. 290 *Nouvelles de la republique des lettres Menſis Oct.* 1687.

Detegere lineam juxta quam ſi corpus deſcendat temporibus æqualibus æqualiter tellurem verſus accedat. 290.

Chriſtiani Hugenii, Solutio Problematis de linea in quam flexile ſe pondere proprio curvat. 291. *Acta Erud. Lips.* menſis Junii 1691.

Hugenii Annotationes in Librum Pariſiis 1689. editum, de Manuaria Nautica. 292. *Bibliotheque Univerſelle.* menſis Sept. 1693.

Reſponſum Dni. Renaldi ad Dominum Hugenium. 296. *Journal des Sçavans* 16. & 27. Maji. 1695.

Exceptio Dni. Hugenii ad Reſponſum Dni. Renaldi. 305. *Hiſtoire des ouvrages des Sçavans.* menſis April. 1694.

TOMUS SECUNDUS.

OPERA GEOMETRICA.

CHRISTIANI HUGENII THEOREMATA DE QUADRATURA HYPERBOLES, ELLIPSIS ET CIRCULI, EX DATO PORTIONUM GRAVITATIS CENTRO 309. *Lugd. Bat.* 1651. *in quarto.*

Omnis hyperboles portio ad triangulum inſcriptum, eandem cum ipſa Baſin habentem eandemque altitudinem, hanc habet rationem; quam ſubſeſquialtera duarum, lateris tranſverſi & diametri portionis, ad eam quæ ex centro ſectionis ducitur ad portionis centrum gravitatis. 323.

Omnis ellipſis vel circuli portio ad triangulum inſcriptum, eandem cum ipſa

Basin habentem eandemque altitudinem, hanc habet rationem; quam subsesqui altera diametri portionis reliquæ, ad eam quæ ex figuræ centro ducitur ad centrum gravitatis in portione 324.

In Semicirculo & quolibet circuli sectore, habet arcus ad duas tertias rectæ sibi subtensæ hanc rationem, quam semidiameter ad eam, quæ ex centro ducitur ad sectoris centrum gravitatis. 326.

ΕΞΕΤΑΣΙΣ Cyclometriæ Clarissimi Viri Gregorii à S. Vincentio, S. J. editæ Anno 1647. 328. *ibid.*

Christianii Hugenii ad C. V. Franc. Xaverium Ainscom. S. J. Epistola, qua diluuntur ea quibus Ἐξέτασις Cyclometriæ Gregorii à Sto. Vincentio impugnata fuit. 341. *Hagæ. Com.* 1656. *in quarto.*

Epistola Carteſii. 347.

Christiani Hugenii de Circuli Magnitudine Inventa. Accedunt ejusdem Problematum quorundam illustrium Constructiones. 351. *Lugd. Bat.* 1654 *in quarto.*

Omnis circulus major est polygono æqualium laterum sibi inscripto & triente excessus quo id polygonum superat aliud inscriptum subduplo laterum numero. 361.

Omnis circulus minor est duabus tertiis polygoni æqualium laterum sibi circumscripti & triente polygoni similis inscripti. 361.

Omnis circuli circumferentia major est perimetro polygoni æqualium laterum sibi inscripti, & triente excessus quo perimeter eadem superat perimetrum alterius polygoni inscripti subduplo laterum numero. 362.

Circulo dato, si ad diametri terminum contingens ducatur, ducatur autem & ab opposito diametri termino quæ circumferentiam secet occurratque tangenti ductæ: erunt interceptæ tangentis duæ tertiæ cum triente ejus quæ ab intersectionis puncto diametro ad angulos rectos incidet, simul arcu abscisso adjacente majores. 364.

Omnis circuli circumferentia minor est duabus tertiis perimetri polygoni æqualium laterum sibi inscripti & triente perimetri polygoni similis circumscripti. 365.

Peripheriæ ad diametrum rationem invenire quamlibet veræ propinquam. 366.

Rectam sumere peripheriæ dati circuli æqualem. 368.

Dato arcui cuicunque rectam æqualem sumere. 370.

Omnis circuli circumferentia minor est minore duarum mediarum proportionalium inter perimetros polygonorum similium, quorum alterum ordinate circulo inscriptum sit, alterum circumscriptum. Et circulus minor est polygono istis simili cujus ambitus majori mediarum æquetur. 373.

Si inter productam circuli diametrum & circumferentiam recta aptetur radio æqualis, & producta circulum secet, occurratque tangenti circulum ad alterum diametri terminum: Intercipiet ea partem tangentis arcu adjacente abscisso majorem. 376.

Si diametro circuli semidiameter in directum adjiciatur, & ab adjectæ termino recta ducatur quæ circulum secet, occurratque tangenti circulum ad terminum.

num diametri oppositum: Intercipiet ea partem tangentis arcu adjacente abscisso minorem. 377.

Portionis circuli centrum gravitatis diametrum portionis ita dividit, ut pars quæ ad verticem reliquâ major sit, minor autem quam ejusdem sesquialtera. 378.

